R. 6. feb. 1661

N° 68

Ill. Dñō Constantino Hugenio
S. P. D.
A. M. à Schurman.

Pulchrum institutum tuum, Vir Illustris, non
possum nō utroq; (quod dicitur) pollice com=
probare: nec ego tantū, sed quibuscūq; illud
communicavi (communicavi autem quam=
plurimis) ad unum omnes per omnia
ὁμοψήφους experta sum; et inprimis com=
=munem illum nostrū amicum, quem in
hujus gratiæ consortiū nominatim admittere
dignatus es. At quo ardentius hanc Refor=
=mationem promotam cupiunt, eo magis,
propter horum temporum τὸ ἀδιόρθωτον,
desperare videntur. Optime nosti tritum
illud, συνήθειαν μακρὰν ἰάσασθαι χαλεπόν.
Neq; eo ipso a te dissentiunt, qui idipsum
in scripto tuo nō dissimulas. Est tamen
vir aliquis præcipua dignitate et prudentia
censendus, qui arbitratur non inconsultū
fore, si hoc Opus primū in luce poneretur,
quo homines, ejusdem facilitate et præstan=
=tia illecti, prius illud reciperent in familias,

© Koninklijke Bibliotheek
133 B 8, nr. 68
https://resources.huygens.knaw.nl/briefwisselingconstantijnhuygens/brief/nr/5678

© Koninklijke Bibliotheek
133 B 8, nr. 68
https://resources.huygens.knaw.nl/briefwisselingconstantijnhuygens/brief/nr/5678

& ſic deinceps in ipſam Eccleſiam ſenſim
introducendi viam pararent. quod felicius
proceſſurum putatur, ſi quinq aut ſex
præſtantiores canendi modi in noſtra
eccleſia recepti retinerentur. Quod ſpecimē
πολυγλωττίας a me expetis, ſolitam tuam
humanitatem agnoſco, quia vix puto a
manu mea quicquam proficiſci poſſe,
quod muſęi tui lucem mereatur; ubi tamē
aliquid otii nacta fuero, ejus periculū
facere non plane detrecto. Vale. Ultraj.
x. Kal. Febr. cIↄ. Iↄ. c. lxi.

© Koninklijke Bibliotheek
133 B 8, nr. 68
https://resources.huygens.knaw.nl/briefwisselingconstantijnhuygens/brief/nr/5678

Myn Heer

Mynen Heer van Zuy=
=lichem, Ridder en
Raetsheer van H. Hoogh.
in den

Hage

by den Hoff
Voorn

© Koninklijke Bibliotheek
133 B 8, nr. 68
https://resources.huygens.knaw.nl/briefwisselingconstantijnhuygens/brief/nr/5678